Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



20

uidelicet exhibebat non amittendo fidem sed extenden
do pietatem ut in se psonam infidelium transfiguraret ex se
metipso disceret qualiter alius misereri debuisset quan
nus hoc illis impenderet quod sibi ipse si ita esset im
pendi recte debuisset. Hinc rursum dicit siue mente ex
cedimus deo siue sobrii sumus uobis quia semetipsum
nouerat contemplando transcendere. & eundem se
auditoribus condescendendo temperare. Hinc iacob
dno desup innitente & uncto deorsum lapide ascen
dentes & descendentes angelos uidet. Quia scilicet
pdicatores recti non solum sursum scm caput ecclesie
uidelicet dnm contemplando appetunt sed deorsum
quoq; ad membra illius miserando descendunt. Hinc
moysses crebro tabernaculum intrat & exit. & qui intus
in contemplatione rapitur foris infirmantium negotiis
urgetur. intus di archana considerat foris onera carna
lium portat. Qui de rebus quoq; dubiis semp ad taber
naculum recurrit coram testamenti arca dnm consu
lit. exemplum procul dubio rectoribus prebens ut dum
foris ambigunt quid disponant ad mente semp quasi
ad tabernaculum redeant & uelut coram testamenti
arca dnm consulant si de his in quibus dubitant apud semet
ipsos intus sacri eloquii paginas requirunt. Hinc ipsa
ueritas psusceptione nobis ire humanitatis ostensa.